

Urkunden, die Pfarre Willich betreffend.

Im vorigen Jahre erschien bei Buchhändler Gehrich in Crefeld, herangegeben von einem Manne, den unser Verein zu seinen Mitgliedern zu zählen sich zur Ehre rechnet, ein Werk unter dem Titel: „Geschichtliche Nachrichten über die Gemeinde und Pfarre Willich, gesammelt vom Pfarrer und Schulpfleger P. F. Baierz“, welches auch in Nr. 205 der deutschen Volkskunde, 30. Aug. 1854, wo es zur Anzeige gebracht wurde, seine wohlverdiente Empfehlung fand. Wenn nun auch dies Werk keine Aufgabe, als Ortschronik, vorzüglich zum Gebrauche der Eingesessenen zu dienen, auf eine so musterhafte Weise gelöst hat, daß jeder Gemeinde ein gleiches in seiner Art zu gönnen wäre und auch für die allgemeine Geschichte des Mittelalters, vorzüglich die des Kölner Erzstifts, viel Merkwürdiges und Lehrreiches birget; so bringt es doch der Mangel eines beigefügten diplomatischen Codex (der zu liefern dennoch nicht in der Absicht des Hrn. Verfassers liegen konnte) mit sich, daß für die wissenschaftliche Bearbeitung der vaterländischen Geschichte durch die in Rede stehende an und für sich höchst schätzbare Monographie nur wenig gewonnen ist. Solche Lücken ausfüllen zu helfen, gehört mit zu den Aufgaben unseres historischen Vereins. Da er sich im Besitze sehr vieler meist noch ungedruckter Urkunden befindet, so wird er auf die vor und nach erscheinenden local-geschichtlichen Werke auch deshalb sein Augenmerk halten, um sie supplementarisch mit dem, was ihm zu Gebot steht, zu verschen. Für jetzt geben wir 7¹⁾ resp. 8, auf die Geschichte Willachs bezügliche Urkunden, die meistens aus einem der Pfarrkirche zu Kloster Kamp gehörigen, von der dortigen ehemaligen Abtei Eisterzienser-Ordens herrührenden Copiarium entnommen sind. Es datirt sich aus dem Ende des 15. Jahrhunderts und jede einzelne Urkunde ist von dem Kaiserlichen Notarius

¹⁾ Die im vorliegenden Hefte nicht abgedruckten Urkunden folgen im nächsten Hefte.

Johann Bozlaer, der als Lahrenbruder Mitglied jenes Stiftes war, beglaubigt. Diesen unsern Codex diplomaticus willicensis gedenken wir im nächsten Hefte fortzusetzen, werden wenigstens noch einmal auf denselben zurückzukommen Veranlassung suchen und bemerken nur noch in Bezug auf den Inhalt des Mitzutheilenden, daß die Gegend von Karst (Karlesforst in unsern Urkunden) im Register unseres Codex unter der Benennung: „Alba ecclesia“ rubricirt ist, wo aber nicht deutlich hervorgeht, ob unter dieser weißen Kirche die des dortigen, später nach Eppinchoven verlegten Eisterzienser Nonnenklosters, oder eine mehr nach dem Rheine zu gelegene Kapelle zu verstehen ist. Steht hiemit vielleicht der Name einer Gemeinde oder Bauerschaft Weissenberg daselbst (jetzt gemeinlich Neußerfurth) in Verbindung?

Nr. I.

Der Abt von Camp Theodorich ordnet die Verhältnisse einiger Zinspflichtigen zu Wilich,¹⁾ 1160.

In nomine patris et filii & spiritus sancti. Amen. Ego theodoricus ecclesie Campensis dei gratia dictus abbas notum facio tam presentibus quam futuris christi fidelibus, qualiter homo quidam ingenuus Reynerus nomine inter ceteras facultates & predia, quae ecclesie nostre in remissionem pecoatorum suorum & parentum suorum contulit, quedam utriusque sexus mancipia in curtem suam, que wilicho sita est, pertinencia ecclesie nostre devota liberalitate contradidit. Hii sunt igitur, quos contulit & nomina singulorum. Mulier, que vocatur Thiedrat, habens tres filios & duas filias. filii godescalle, henrich, theodoricus. filie ozala, signith. Inter me igitur & presatum virum R. videlicet legem statuimus in predictos homines & omnem eorum posteritatem in omne tempus, quatenus singuli annis singulis in nativitate beate marie ad recognitionem sue condicionis cere duas denariatas super altare eiusdem gloriose virginis marie offerant in ecclesia nostra. nubendi licenciam habeant & persolvant sex denarios & quod in omni ecclesia huiusmodi genus hominum facere consuerit, ecclesie nostre per omnia faciant et tam pro mortuis viris, quam mulieribus pleniter exhibeant. Masculus igitur inter eos si moritur, animal quod preciosius in omni sua substancia reperitur ad usus ecclesie nostre mancipabitur. quod si vestimentum animali plus valens habuerit, animal relinquetur et vestis assumetur. Mulier vero si mortua fuerit, vestimentum quod melius habuerit nostrum similiter erit. Sciendum quoque quod predictos census senior de tota

¹⁾ Aus dem Cod. camp.

cognacione prefata colligere debet & cere quidem pensiones in prefixo termino sicut et ubi dictum est, offeret, cetera vero singularum causarum debita, prout emerserint diligenter exquireret et fideliter sine longa mora ad nos deferet. His dictis auctoritate dei & omnium sanctorum ejus et nostra statutinus, ut nulli liceat successorum nostrorum antedictis hominibus seu eorum posteris legem datam infringere, secularibus personis committere seu per seipsum sive per alium ad hoc ydoneum de ipsis jndicare & quantum potest benefacere. hec autem ut in perpetuum rata permaneant sigilli nostri impressione signamus, interdicentes omnino, ne quis ipsos ab ecclesie nostre ditione violenter alienare presumat. Quod si quis fecerit, nisi resipiscat, divinam ultiōnem timeat. Acta sunt hec anno incarnationis dei millesimo centesimo sexagesimo. Electionis autem domini Reynaldi archiepiscopi Coloniensis secundo, ob sidionis Mediolanorum civitatis tercio, regnante friderico in romanorum imperio augusto.

Nr. II.

Johann Abt von Altencamp genehmigt eine zur Beleuchtung der Kirche zu Karlsvorst geschēhene Schenkung. Ohne Datum.¹⁾

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Johannes dei gracia abbas Campensis & W. abbatissa in Carlsvorst universis,²⁾ presens scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Cum rei geste temporaliter novercari solet noverca veritatis oblivio, necessarium est ea, que pie & racionaliter aguntur literarum testimonio perhennare. Notum ergo cat tam presentibus quam futuris, quod Heinricus quidam & legitima sua Geila, cives Colonienses, pro remedio anime sue & in remissionem peccatorum suorum, contulerunt ecclesie dominarum in Karlsvorst, quinque marcas ad luminaria ecclesie necessaria comparanda. ex quibus videlicet quinque marcas empli sunt redditus quinque solidorum colonien. monete in Kirmsich³⁾ annualim persoluendorum. Et ut predictarum personarum tam bona voluntas, tamque pii affectus propositum statiliretur, scilicet ne predicti quinque solidorum redditus ad alios, quam ad sola luminaria converterentur usus, presentem, cedulam conscribi fecimus, conscriptam sigillorum nostrorum impressione communiri. Sii quis vero hoc opus pietatis, ausu temerario, quod absit, infringere attemptauerit, cum angelis Sathanae, infernalium particeps penarum, sit anathema. Amen..

¹⁾ Aus dem Cod. Camp.

²⁾ Johann I. war Abt zu Camp vom J. 1218 bis 1223. Ueber Karlsvorst, jetzt Karst, siehe Köln. Grzd. I. 217. Eine daselbst nach der Kirche führende Straße heißt noch der Zifferen-Kirchweg.

³⁾ Korschennbruch bei Neuß.

Nr. III.

Der Ritter Reimar Krucke überweiset eine ihm hörige Frau
der Kirche zu Karlsforst, 1218.

In nomine sancte et individue trinitatis. Soror W. divina miseratione de Karlessvorst humilis ancillarum Christi ministra omnibus presentem paginam inopecturis salutem in perpetuum. Universis christi fidelibus tam presentibus quam futuris innotescat quod dominus Reymarus miles cognomine Krucke heylwigem quamdam quam hereditario jure possedit propriam divine pietatis instinctu ac coheredum suorum assensu videlicet wolframi militis fratris sui et filiorum domini joannis fratris sui tunc temporis defuncti hermanni henrici theodorici wolframi Joannis et Jacobi libere et absolute ecclesie nostre pro salute anime sue contulit perpetuo possidendam. Quam predicti omnes excepto defuncto sub testimonio conventus nostri resignaverunt nihil juris in ipsa suisque posteris reservantes. Simili vero jure quo tenebatur prefato R. militi ecclesie prelibate tenebitur adstricta. Ita ut duos denarios colon. annuatim in passione apostolorum petri et pauli tam ipsa, quam posteritas eius, quando ad etatem competentem pervenerint exsolvent. Post ipsius eciam obitum vestem meliorem vel sex denarios si tanti non sit valoris, que tamen redemptio sub arbitrii nostri voluntate consistit. Mulier pro nubendi vir quoque ducendi a nobis licentia obtinenda sex denariorum solucioni subjacebunt. Patre familias defuncto in meliore bestia quadrupedum suorum si habuerit hereditatem percipere cupientes ecclesie prenominate tenebuntur obligati. Huius rei testes sunt nobiscum sancte (sic) moniales nostre cum hermanno gyer et aliis quamplures quorum nomina beate predestinacionis liber ascripta retineat, ad confirmandam conscripte veritatis paginam sigilli nostri munimine decrevimus roborare. Acta anno gratie millesimo ducentesimo decimo octavo.

M o o r e n.

—
—
—